



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

Anno Nonno.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74715)

robore permanfuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIV. Auguſti MDCCVIII. Pontificatus noſtri Anno Octavo.

LXXXII. Statuitur, ut executioni mandetur Conſtitutio Clem. X. de facultate mittendi Diſcretum, & Juvenes ad Conventum Pariſien. FF. Minor. de Obſerv. pro Superioribus Provinciæ Aquitanie Antiquioris Ordinis.

Laudata Conſtitutio hic refertur, & ed. fuit 1671. Oib. P. 3. Item hujus Pontificis Conſt. ed. 1705. Sep. 28. P. 5. conceſſa fuit hæc facultas. Et Conſt. edit 1710. Jan. 21. P. 10. confirmantur Regula Collegii Sancti Bartholomæi in Inſula de Urbe.

Dat. 18. Dec.
1708. An. 9.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Dudum felic. rec. Clemens Papa X. Prædeceſſor noſter ſupplicationibus tunc exiſtentis Miniſtri Provincialis Provinciæ Aquitanie Antiquioris Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de obſervantia nuncupatorum Superioribus Regularibus, ad quos cæteroqui juxta præſcriptum ejuſdem Ordinis Conſtitutionum pertinebat, ut Diſcretum, & Juvenes ad magnum Conventum Pariſien., prout ante quarumdam in forma Brevis literarum expeditionem conſueverant, ſtudiorum cauſam mittere poſſent, & valerent, facultatem conceſſit, & impartitus fuit, prout continetur in iſtis Clementis Prædeceſſoris literis deſuper in ſimili forma Brevis expeditis, tenoris, qui ſequitur, videlicet.

§. I. CLEMENS PAPA X. Ad futuram rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Felix Cuilliens Miniſter Provincialis Provinciæ Aquitanie Antiquioris Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de obſervantia nuncupatorum, quod a multis annis per quorundam Literas Apoſtolicas in ſimili forma Brevis expeditas, ad inſtantiam tunc exiſtentis Miniſtri Provincialis diſtæ Provinciæ nomine Joannis Jourdain, prohibitum fuit, ne Diſcretus, & Studentes ejuſdem Provinciæ ad magnum Pariſienſem Conventum diſti Ordinis amplius mitterentur, eo quod regularis obſervantia in illo minime vigeret, indeque timeretur, ne ad Provinciam prædictam tranſactis ſtudiis redeuntibus ab ipſa regulari obſervantia aliquo modo declinarent. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, reformatio in prædicto Conventu Pariſien. a Dilecto filio Miniſtro Generali Ordinis prædicti jam laudabiliter feliciterque introducta reperiatur, ceſſetque proinde talis prætextus, neque ſimile periculum amplius ſit timendum, & propterea dictus Felix Miniſter Provincialis Provinciam prædictam in ſuum jus, quo ante emanatas Literas prædictas pacifice, & abſque ulla controverſia fruëbatur, reſtitui, eiſque facultatem mittendi Diſcretum, & Studentes more ſolito ad eundem Conventum Pariſien. concedi plurimum deſideret, & pro juris hujusmodi reſtitutione jam a prædicto Miniſtro generali in partibus tunc exiſtente decretum ad hunc effectum fuerit expeditum: Nos ipſius Felicis Miniſtri Provincialis votis, hac in re favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interditi, aliſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innoſcatis exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolven-

tes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Episcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui relationem diſti Miniſtri Generalis audiverunt, conſilio, Superioribus Regularibus, ad quos cæteroqui juxta præſcriptum ejuſdem Ordinis Conſtitutionum pertinet, ut Diſcretum, & Juvenes ad prædictum Conventum Pariſien., prout ante prænaratarum in forma Brevis literarum expeditionem conſueverant ſtudiorum cauſa mittere poſſint, & valeant facultatem auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & impartimus. Decernentes ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniffime ſuffragari, ſicque in præmiſſis per quocumque judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolicæ Auditores judicari, & deſiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Literis prædictis, aliſque Ordinationibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVIII. Octobris MDCLXXI. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

§. 2. Cum autem, ſicut dilectus filius Philippus Faure Ex-Deſinito Generalis, & Exprovincialis diſtæ Provinciæ Nobis nuper exponi fecit, in prædicto Conventu Pariſien. a tunc pariter exiſtente Miniſtro Generali Ordinis prædicti reformatio introducta fuerit, necnon ibidem regularis obſervantia de præſenti vigeat, ac proinde præinſertas Literas hujusmodi, quæ ob quorundam controverſias tamen inde ſecutas executioni demandatæ minime fuerunt, per Nos confirmari plurimum deſideret. Nobis propterea dictus Philippus humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignemur.

§. 3. Nos igitur ipſum Philippum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interditi, aliſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innoſcatis exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Episcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui dilectum pariter filium Procuratorem Generalem Ordinis præſati audiverunt, conſilio, præinſertas Clementis Prædeceſſoris Literas, tametiſi illa executioni demandatæ non fuerint, ut præfertur, nihilominus executioni mandari, ac perpetuis futuris temporibus in omnibus, & per omnia ſervari poſſe, & debere, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſtatimus, & ordinamus.

§. 4. Decernentes eaſdem præſentes literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniffime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolicæ Auditores judicari, & deſiniri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Cauſa præſentis Conſtitutionis, & preces Exprovincialis.

Statutum mandandi executioni relatam Conſtitutionem.

Clauiſula.

Conſtitutio Clem. X. qua Superioribus Provinciæ redditum fuit juſtissimum in Diſcretum, & Juvenes ad Conventum Pariſien., in quo jam vigeat regularis diſciplina.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in præinfertis Clementis Prædecessoris Literis concessa sunt, non obstante, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XVIII. Decembris MDCCVIII. Pontificatus nostri Anno Nonno.

LXXXIII.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc. & Reg. de ratione habenda folius meriti in electionibus Fratrum Min. de observ. Reformat. Provinciæ S. Didaci Papien.

Inn. XII. Const. ed. 1694. Apr. 7. P. 5. statutum fuit, ut Procurator Gen. eligatur in Capitulo Gen. Et hujus Pontificis Const. ed. 1717. Sept. 7. P. 17. agitur de electione Visitatorum pro Provincia Conceptionis B. M. V. Fluminis Januarii.

Dat. 8. Martii 1709. An. 9.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EManavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita pro Declaratione Rescripti alias nempe sub die 5. Martii 1693, in Causa Fratrum Provinciæ Sancti Didaci Papien. Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupat. facti scilicet, quod nihil innovandum esset quoad divisionem, Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet -- In Causa Minorum Reformatorum Provinciæ Sancti Didaci pro declaratione Rescripti alias facti sub die 5. Martii 1693. tenoris sequentis -- Nihil innovandum quoad divisionem -- Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, reasumptis, ac visis juribus, & scripturis datis sub dicta die quinta Martii ad relationem claræ memoriæ Eminentissimi Petrucci, ac mature perpensis rationibus adductis, referente Eminentissimo de Abdua, censuit, & declaravit, Decretum anni 1693. esse intelligendum, itaut nulla habeatur ratio Nationum, & æqualitatis Definitorii, sed solum meriti eligendorum. Romæ 21. Februarii 1709.

Decretum præd. 1709. quo declaratum fuit quoddam rescriptum an. 1693. in causa perita divisionis.

Preces nonnullorum Fratrum.

Confirmatio relati Decreti.

Claufulæ.

§. 1. Cum autem, sicut dilecti filii nonnulli Fratres dictæ Provinciæ Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & promptius executioni mandetur, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pænis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinfertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes, easdem præsentem literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat,

& pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die VIII. Martii MDCCIX. Pontificatus nostri Anno Nonno.

Extenditur Indultum de assecutione Prælaturarum ab Urb. VIII. concessum Lectoribus, & Magistris Juvenum Canonicorum S. Salvatoris Ord. S. Augustini ad Religiosos curam animarum habentes.

LXXXIV.

Indultum ed. fuit 1641. Jun. 25. Hujus Pontificis Const. ed. 1709. Jun. 20. P. 8. confirmata fuit Constitutio contra ambientes.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

DUDUM fel. rec. Urbano VIII. Prædecessori pro parte tunc existentis Abbatis Generalis Canonicorum Regularium Congregationis Sancti Salvatoris Ordinis S. Augustini exposito, quod ipse aperte cognoscebat, ex recta educatione Novitiorum, & Juvenum Professorum quemcumque dictæ Congregationis progressum dimanare, & re ipsa compertum habebat, paucos Ministerio hujusmodi uti difficili, & laborioso animam intendere velle, proindeque rei adeo gravi opportunum aliquod remedium adhibere desiderabat. Idem Urbanus Prædecessor supplicationibus prædicti Abbatis Generalis nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, quod ii prædictæ Congregationis Canonici Regulares presbyteri, qui de cætero laudabiliter spatia sex annorum Magistri, seu Lectores Novitiorum, & Juvenum professorum fuissent, in assecutione Prælaturarum dictæ Congregationis deinceps vacantium, & Juvenum Professorum quemcumque deinceps vacantium, primum quidem Lectores, & deinde Magistri Novitiorum, Juvenumque professorum hujusmodi, quatenus tamen quo ad mores, & regimen habiles a Capitulo Generali, vel a Dietis infra annum haberi solitis, reputarentur quibusvis aliis ejusdem Congregationis Canonicis Regularibus præferri deberent, auctoritate Apostolica statuit, mandavit, & ordinavit, & alias prout in ipsis Urbani Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 25. Junii 1641. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus plenius continetur.

Dat. 18. Mar. 1709. An. 9.

Ab Urb. VIII. concessa fuit habitatio ad Prælaturas Lectoribus, & Magistris Juvenum post sexennium.

§. 1. Cum autem sicut dilectus filius moderatus Procurator Generalis prædictæ Congregationis Nobis nuper exponi fecit Congregatio hujusmodi ob nonnullas Ecclesias Parochiales, quas

Causa extensionis Indulti, & Preces Procuratoris Gen.

obtinere,

obinet, Religiosis, qui curam animarum incumbant, magis indigeat. Ipse vero modernus Procurator Generalis, quo prædicti Religiosi ad officium hujusmodi diligenter exercendum incitentur, supradictum Indultum a memorato Urbano Prædecessore ad favorem prædictorum Lectorum, seu Magistrorum Novitiorum concessum, ut præfertur, ad eos Religiosos dictæ Congregationis, qui per sexennium in ea curam animarum exercuerint, itaut ipsi in assuetione Prælaturarum prædictarum pro tempore vacantium, dummodo tamen conditionibus in prædictis Urbani Prædecessoris literis requisitis præditi sint, aliis præferri debeant, quemadmodum lectores præferuntur, per Nos extendi, & ampliari plurimum desideret: Nos prædicti moderni Procuratoris Generalis Votis, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione; vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, & attenta relatione bo. me. Leandri dum vixit ejusdem S. R. E. Cardinalis Colloredi nuncupati dictæ Congregationis S. Salvatoris apud Nos, & Sedem Apostolicam Comprotektoris, eisdem Cardinalibus facta, petitam similibus Indulti extensionem ad favorem illorum Religiosorum dumtaxat, qui in posterum laudabiliter curæ Animarum incumbent, in illis Ecclesiis dumtaxat, quibus inserviant ipsi Canonici Regulares, ibique vigeat Regularis observantia, auctoritate, & tenore præfatis concedimus; Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Extensio Indulti ad eos solum, qui Curati sint in propriis Ecclesiis post sexennium.

Clausulæ:

§. 2. Decernentes, easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respectively inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Casuarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in eisdem Urbani Prædecessoris literis concessa sunt non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XVIII. Martii MDCCIX. Pontificatus nostri Anno Nono.

LXXXV.

Mandatur Ordinariis Italiæ, & Generalibus Religiosorum, ut saltem bis in anno Populo commendari curent necessitates Captivorum,

Similis Constitutio ed. fuit 1701. Nov. 18., P. 1. pro indigentis Locorum Sacrorum Terræ Sanctæ.

Bullarii Rom. Contin. Pars VI.

Et Inn. XIII. Const. ed. 1721., Nov. 21., P. 1. Hujus Pontificis Const. ed. 1713., Sep. 16., P. 13. extat huic simile mandatum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Cum sicut dilectus filius modernus Procurator Generalis Fratrum Discalceatorum Congregationis Hispaniæ Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Nobis nuper exponi fecit Christifideles multo numero sub dura Barbarorum servitute cum gemino corporis, & animæ periculo detineantur, & in illorum redemptionem dilectus pariter filius Mauritius a Sancto Joanne de Matha frater expressè professus Congregationis prædictæ in Oppido Civitate nuncupat. Liburni a suo Superiore Generali, & Definitorio juxta laudabile Congregationis hujusmodi Institutum deputatus fuerit: quia verò modica in Redemptionem eorundem Christifidelium Captivorum subsidia conferunt, unde eorum calamitates, & pericula in dies ingravescent, dictus Procurator Generalis Christifidelium pietatem ad opus adeo pium excitari plurimum desideret: Nos ipsius Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus benigne annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, & attenta relatione dilecti filii nostri Raynutii S. R. E. Presbyteri Cardinalis Pallavicini nuncupati dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protektoris super præmissis eisdem Cardinalibus facta, Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, cæterisque locorum Ordinariis Italiæ, necnon dilectis filiis Superioribus Generalibus quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutorum Regularium harum serie auctoritate Apostolica præcipimus, & mandamus, ut saltem duabus vicibus quolibet Anno, Adventus scilicet, & Quadragesimæ temporibus in suis respectively Ecclesiis, tam per verbi Dei Prædicatores in Sacris Concionibus, quam in aliis actionibus, & functionibus publicis prædictorum Christifidelium Captivorum miserias, & calamitates Populo proponi, & commendari curent, & faciant, ut eorum exhortationibus stimulentur Christifideles ad elemosynas largiter conferendas, quibus prædictus Mauritius, seu alii Redemptores dictæ Congregationis Hispaniæ eorundem Captivos a dura servitute hujusmodi redimere, ac illorum Spirituali, corporaliq; salutem, Domino benedicente, valeant providere; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Dat. 25. Maji 1709. An. 9.

Preces Procuratoris Gen. Ord. SS. Trinitatis ac Cause præsentis Constitutionis.

Mandatum prædictum.

Clausulæ.

§. 1. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 2. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXV. Maji MDCCIX. Pontificatus nostri Anno Nono.

LXXXVI.

Conceditur Indulgentia Plen. Perp. pro Ecclesiis Monachorum Congregationis Polonæ in Festis Inventionis, & Exaltationis S. Crucis.

Hæc Congregatio erecta fuit ab hoc Pontifice Const. ed. 1709. Maji 22. P. 9.

Dat. 6 Junii 1709. An. 9.

CLEMENS PAPA XI.

Universis Christianis fidelibus presentes literas inspecturis, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Preces Congregationis.

Concessio præd. indulg.

Clausula.

Ad augendam fidelium religionem, & Animarum salutem Cælestibus Ecclesiæ Theauris pia charitate intenti, ac supplicationibus dilectorum filiorum Monachorum Monasteriorum Congregationis Polonæ Ordinis S. Benedicti sub titulo S. Crucis a Nobis erectæ, & institutæ nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis fidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communionem receptis, qui Ecclesias prædictorum, & aliorum quorumcumque dicti Ordinis Monasteriorum eidem Congregationi Polonæ in futurum quancumque canonicè aggregandorum, vel earum aliquam in Inventionis, & Exaltationis ejusdem Sanctæ Crucis festis diebus a primis vesperis usque ad occasum solis cujuslibet festi hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum excipitatione, & S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, præsentibus, perpetuis futuris temporibus valituris.

S. 1. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VI. Junii MDCCIX., Pontificatus nostri Anno Nonno.

LXXXVII.

Declarantur nulla Edictum, & Mandatum a Sæculari potestate in Ducatu Mediolanen. promulgata, ne transferantur pecuniæ ad Statum Ecclesiast., & ut sequestrentur fructus Ecclesiastici personarum absentium, cum facultate absolventi respicientes Archiepiscopo Mediolanen. concessa.

De vi illata immunitati Ecclesiasticæ super fructibus in Ducatu Parmæ, & Placentiæ vide Constit. ed. 1707. Jul. 27. P. 7. Et de eadem re in Regno Neapolis vide Constitutionem sequentem.

Dat. 5. Oct. 1709. An. 9.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

A sæculari potestate Mediolanen. edictum publicatum fuit 1708. quo prohibebatur translatio, seu transmissio pecuniarum ad Statum Ecclesiasticum.

Alias cum ad Apostolatus Nostri notitiam, non sine gravi animi Nostri molestia, pervenisset in Civitate, & Ducatu Mediolanen. prodidisse a Sæculari potestate Edictum quoddam paulo ante nempe die 20. Martii 1708. editum, quo sub gravissimis pœnis prohibebatur, ne quis cujuscumque status, gradus, & conditionis esset, genus ullum pecuniarum in quavis quantitate, specie, vel moneta e Civitate, ac Ducatu præfatis ad almam Urbem nostram, aliave loca Status Nostri Ecclesiastici deferendarum per se,

vel alios directe, vel indirecte ex quavis causa, seu prætextu, etiam privilegiato extrahere, seu extrahi facere auderet; ac insuper sub eisdem pœnis interdiceretur, ne ullus Campsor, seu alia quælibet persona directe pariter, vel indirecte pecunias prædictas ad effectum illas sive per mandata, sive per literas Cambii, ut vocant ad Urbem, aliave loca Status Ecclesiastici hujusmodi transmittendi, recipere, seu solvi facere ex quacumque causa, seu prætextu, ut supra, etiam privilegiato similiter auderet, seu præsumeret. Simulque Nobis innotuisset, die subsequenti nempe 21. ejusdem mensis Martii in Civitate Mediolanen. prædicta ab eadem sæculari potestate itidem prodidisse mandatum, seu Decretum quoddam quo tunc existentium nostro, & Apostolicæ Sedis Economo Generali in Ducatu Mediolanen. hujusmodi auctoritate Apostolica deputato præcipiebatur, ut illico super fructibus, redditibus, & proventibus cujuscumque tandem generis essent, omnium, & quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum in Ducatu præfato a personis extra illum degentibus possessor sequestrarum apponeret, fructusque, redditus, ac proventus hujusmodi tam tunc decurros, & non solutos, quam de cætero decurrendos exigeret, ac illos, seu illorum pretium penes personam fidei, & facultatibus idoneam deponeret, neque eos absque prædictæ sæcularis potestatis licentia quovis modo distrahi permetteret; Præterea quacumque pensiones, ac præstationes a quibusvis personis dicti Ducatus quibuscumque personis Ecclesiasticis extra eundem Ducatum, ut præfertur degentibus solvi, seu dari consuevas, similiter sequestro committeret, & ad effectum supra expressum retineret, ac alias, prout in Edicto, ac mandato, seu Decreto supradictis, quorum tenores non approbandi, sed omnino reprobandi animo præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, plenius continetur. Nos probe considerantes, ex edicto, ac mandato, seu Decreto hujusmodi maximum Pontificiæ non minus auctoritatis, quam dignitatis detrimentum nec non manifestam Jurium Ecclesiasticorum subversionem sequi primum quidem, hoc est, statim ac præmissa Nobis innotuerunt, Pastoralis muneris nostri partes quantum implere satagentes per plures literas jussu nostro a dilecto filio nostro Fabricio S. R. E. Presbytero Cardinali Paulino nuncupato Secretario nostro status, tam dilecto pariter filio nostro Josepho ejusdem S. R. E. etiam Presbytero Cardinali Archinto nuncupato Metropolitanæ Ecclesiæ Mediolanen. ex concessione, & dispensatione Apostolica Præsuli, quam aliis Venerabilibus Fratribus Episcopis in dicto Ducatu Mediolanen. suas Ecclesias, vel Dioceses habentibus conscriptas edictum, & mandatum, seu Decretum supradictum, tanquam juribus, & rationibus Ecclesiæ manifeste adversantia improbavimus, ipsisque Josepho Cardinali, & Præsuli, ac Episcopis propterea commissimus, & mandavimus, ut contra eos, qui illis exequendis quovis modo se ingerere ausi fuissent, via Juris procederent. Subinde vero per alias binas literas ab eodem Fabricio Cardinale, ac Secretario status tam eidem Josepho Cardinali, ac Præsuli, quam tunc in humanis agentibus bo. me. Jacobo Antonio S. R. E. prædictæ Cardinali Morigia nuncupato, dum vixit Ecclesiæ Papien. ex concessione, & dispensatione paribus Præsuli die 28. Aprilis ejusdem Anni 1708. jussu nostro datas, utrique eorum injunximus, ut non modo iis, qui edictum, ac mandatum, seu Decretum hujusmodi ediderant, seu subscriperant, sed etiam aliis omnibus, qui pro illorum editione, promulgatione, seu forsitan etiam executione, auxilium, consilium, favorem, aut operam quovis modo præstitissent,

Item Mandatum de sequestro fructuum, & pensionum Ecclesiasticorum absentium a Ducatu Mediolanen.

Datis Literis 1708. ad Ordinarios in d. Ducatu improbatæ fuisse memorata Edictum, & Mandatum, necnon ipsis injunctum, ut de jure procederent contra executores.

Item aliis literis mandatum fuit Præsulibus Mediolanen. & Papien. ut denunciantur censuras, & pœnas in violatores Sacrorum jurium, atque ab Imperatore auxilium peterent.

quorum-

quorumcumque tandem gradu, seu dignitate praeferrent, censuras, & penas Ecclesiasticas a Sacris Canonibus, generalium Conciliorum Decretis, ac Apostolicis Constitutionibus, ac praesertim literis die Cœnæ Domini singulis annis legi, & promulgari solitis, signanter vero dicto Anno 1708. ea ipsa die, qua Edicti, & Mandati, seu Decreti praefatorum exemplaria typis impressa ad manus nostras pervenerant, lectis, & promulgatis, inflictae, quibus ipsi irretiti reperiebantur, Pastoralis pectore aperte edicerent, illos praeterea paterna charitate admonerent se a censuris, & poenis hujusmodi, non nisi post debitam, & condignam Ecclesiae praestitam satisfactionem a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente absolvi, & liberari posse, validis demum, ac salutaribus officiis apud eum agerent, cujus auctoritate praemissa a pietate quidem Austriaci nominis, quod praeferebant, nimium aliena, gesta fuisse dicebantur, quatenus scandalis tam gravibus constanti suo in Ecclesiam cultu, acceptoque ab inclitis majoribus more consensum occurrentis, omnino curaret, ut quae nos Jure nostro petebamus, & exigebamus pro reparatione auctoritatis, & jurisdictionis Ecclesiasticae, ipso etiam jubente quamprimum implerentur. Quae sane omnia idem Josephus Cardinalis, & Praesul se Evangelica libertate, suoque munere, ac loco, quem in Ecclesia Dei obtinet vere digni fideliter, & alacriter implevisse suis ad eundem Fabricium Cardinalem, & Secretarium status datis literis rescripsit. Ad haec nostris in simili forma Brevis ad Charissimum in Christo filium nostrum Josephum Romanorum Regem in Imperatorem electum die 6. Maji ejusdem Anni 1708. expeditis literis, & per celerem Cursorem transmissis, gravissimam, quam inde concepimus, amaritudinem ei denunciavimus, exixe illum hortantes, ac commonescentes, quatenus auctoritate sua efficeret, ut Ecclesia ab illis ipsis, a quibus tanta injuria affecta fuerat congruis remediis sarciretur, ac nedum ad jura sua, sedes ad pristinam dignitatem quamprimum rediret. Postmodum vero cum accepissemus, praedictis monitionibus nostris penitus contemptis mandatum signanter, seu Decretum supradictum, quo Beneficiorum Ecclesiasticorum fructus illorum Possessoribus extra dictum Ducatum, sicut praemittitur, degenibus nulliter, aequae, ac perperam interceptabantur vere in Civitate, & Ducatu praedictis executioni demandatum fuisse, per alias literas a praedicto Fabricio Cardinale, & Secretario status tam Josepho Cardinali, & Praesuli, quam Episcopo supradictis die VII. Julii ejusdem Anni 1708. jussu itidem nostro scriptas districte praecipimus, & mandavimus, ut adversus quoscumque in executione hujusmodi culpabiles, ac potissimum adversus Economum Generalem supradictum, ac subeconomos ad legitimam censurarum a Tridentina Synodo sess. 22. de Reformatione cap. 11. ac ab Apostolicis in die Cœnæ Domini promulgari consuetis literis supradictis, praesertim Canone XVII. contra talia perpetrantes latarum, atque inflictarum Declarationum absque ulla cunctatione devenirent: Nobis interim justum, & misericordem Dominum assidue exorantibus, ut Nobis quidem caelesti sua ope clementer adesse, errantibus vero, ut in viam possent redire Justitiae veritatis suae lumen ostendere non dedignaretur.

§. 1. Cum autem, sicut Nobis nuper innuit, ab eadem seculari potestate, cujus nomine praemissa contra Jura, & rationes Ecclesiastici Ordinis, ut praefertur, gesta fuerunt, talia tandem pro illorum, atque inde secutorum quorumcumque revocatione, rescissione, ac retractatione mandata prodierint, ut merito sperare possimus, unde nobis oborta fuit justa, ac digna

turna amaritudinis causa, brevi dandam esse amplam materiam gratias agendi misericordiarum Patri, quod antiqui hostis conatus deteriora consilia mentibus hominum insinuantis irritos fecerit, indytmque illud nomen, in quo Sancta Dei Ecclesia tutelam, atque salutem, nec non validum inter pericula praesidium toties est nata, a veteri sua, ac placari laude desistere non permisit. Hinc est, quod Nos, qui Jurium Ecclesiasticorum assertores in Terris a Domino constituti sumus, simulque omnium Christianissimum curam, & sollicitudinem gerimus, Ecclesiae indemnitati, ultra ei praesudicium praedictorum revocationem, ac retractationem eadem auctoritate, qua illa peracta fuerant, sicut praemittitur faciendam Apostolici etiam Judicii nostri accessione efficacius, ac uberius consulere, ac alias animarum saluti quantum Nobis ex alto conceditur, prospicere cupientes, nec non omnium, & singulorum quae in praemissis, seu illorum occasione quovis modo acta, & gesta fuerunt, feriem, causas, & circumstantias, etiam aggravantes, aliave quacumque etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirentia praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & exacte specificatis habentes, Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, Edictum, ac Mandatum, seu Decretum supradicta, cum omnibus, & singulis in eis eorumque quolibet contentis, ac inde secutis, & quandocumque secuturis ipso Jure nulla, irrita, invalida, inania, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacua ab ipso initio fuisse, & esse, ac perpetuo fore, neminemque ad cujuslibet eorum observantiam teneri, imo nec ea a quopiam observari potuisse, vel debuisse, neque ullum statum facere, vel fecisse, sed perinde ac si nunquam emanassent, vel facta non fuissent, pro non extantibus, & non factis perpetuo haberi debere, tenore praesentium declaramus. Et nihilominus ad abundantioram cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, firmis tamen remanentibus censuris, & poenis Ecclesiasticis quibuscumque, quas ii omnes, qui praemissa perpetrarunt, sive alias in illis, ut praefertur, culpabiles fuerunt, propter eadem praemissa incurrerunt, a quibus non nisi a Nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente post debitam, & condignam Ecclesiae praestitam satisfactionem (praeterquam in mortis articulo, & tunc cum reincidentia in easdem censuras eo ipso, quo convaluerint) absolvi, & liberari valeant. Quoniam vero Sedes Apostolica pia Mater recurrentibus ad eam post excessum cum humilitate filii se propitiam exhibere solet, & benignam: Idcirco omnes, & singulos primordicos, seu aliquos ex eis, qui verae poenitentiae signa ostenderint, paterna nostra clementia prosequi volentes, eidem Josepho Cardinali, & Praesuli per praesentes committimus, & mandamus, ut si & postquam sibi confiteri Edictum, & Mandatum, seu Decretum supradictum cum omnibus inde secutis congrue revocata, & retractata fuisse, ac alias de super debita, ac condigna satisfactioni Ecclesiae opportune consultum fuisse, omnes, & singulos, sive Laicos, sive Clericos tam saeculares, quam Regulares ad ipsum recurrentes cujuscumque status, ordinis, gradus, dignitatis, & conditionis existant, qui praemissa peragerint, seu alias in illis quovis modo culpabiles fuerint, si hoc ab eo humiliter perierint, & facta prius per eos promissione, quod in futurum a similibus abstinere, & quidquid eis praescriptum, & injunctum fue-

Sed interim a Pontifice suo debito sit factis.

Declaratio nullitatis praedictorum cum eorumdem revocatione, ac firmitate censurarum, & poenarum.

Concessio facultatis Episcopo Mediolanensi facta absolventi a censuris, & poenis, necnon super irregularitate, in contemptum clavium non contracta, dispensandi in utroque facto cum respicientibus satisfaciendis, & promittentibus se a praedictis abstinendi.

Præd. omnia a Praesule Mediolanensi executioni demandata fuerunt.

Similiter a Pontifice missum fuit Breve ad Imperatorem pro opportuno remedio.

At mandatum de sequestro fructuum executioni mandatum fuit.

Hinc novae literae ad Ordinarios in d. Ducatu, ut declararent censuras in executores dicti Mandati.

Tandem a seculari potestate edita fuerunt quaedam Mandata pollicentia actorum revocationem.



rit, priusquam infra scripta absolutionis beneficium obtineant, observabunt, & adimplebunt, a censuris, & poenis Ecclesiasticis quibuslibet, quas propter eadem præmissa quovis modo incurrerunt, seu incurrisse dici, censeri, vel prætendi possent, injunctaque cuique pro modo culpæ poenitentia salutari, & aliis, quæ de jure fuerint injungenda, similiter injunctis in utroque foro auctoritate nostra Apostolica in forma Ecclesiæ consueta absolvat, & totaliter liberet, dictaque poenas eis, & eorum cuilibet gratiose remittat, & condonet. Ac cum illis, qui Clerici, seu etiam Presbyteri fuerint super irregularitate per eos, quia censuris hujusmodi propter eadem præmissa innodati Missas, & alia Divina officia (non tamen in contemptum clavium) celebrarunt, seu alias in suis ordinibus ministrarunt, quomodolibet contracta, ad quemcumque effectum in utroque pariter foro dispenset; Ipsosque, & eorum quemlibet ad famam, gradus, dignitates, nec non Beneficia, & officia Ecclesiastica quæcumque, ceteroqui tamen canonicè per eos obtenta, ac alias in pristinum, & eorum, in quo antea quomodolibet erant, statum adversus eadem præmissa rehabilitet, restituat, reponat, ac plenarie reintegret. Nos enim quamcumque necessariam, & opportunam ad præmissa facultatem, quam etiam aliis, prout sibi opportunum videbitur, communicare, & subdelegare valeat, eidem Josepho Cardinali, ac Præsuli harum serie auctoritate prædicta tribuimus, & impertimus.

Clauſula.

§. 7. Decernentes eadem præsentem literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam specifica, & individua mentione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ, propter quas præsentem emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, aut illo modo justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque causa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore Juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vel invaliditatis vicio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium, vel habere prætendentium consensus, alioque quocumque, etiam quantumlibet magno, ac incogitato, incogitabilique defectu, aut ex alio quovis capite a jure, vel facto, aut Statuto, Consuetudine, vel privilegio resultante notari, impugnari, invalidari, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci ullatenus posse, sed ipsas præsentem literas, & quæcumque in earum executionem ab ipso Josepho Cardinali & Præsule faciendam semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quancumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter, & inconcussè observari: sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & dictæ Sedis Apostolicæ Nuncios, aliosve quoslibet, quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac Apostolicis, & Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quatenus opus sit, nostræ, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, le-

gibus quoque, etiam Imperialibus, & municipalibus, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibuscumque personis, etiam quantumvis sublimibus, & specialissima mentione dignis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogationum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis Clauſulis, & Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantumcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clauſulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die V. Octob. MDCCIX. Pontificatus nostri Anno Nono.

Declarantur nulla Edicta, & Literæ a Sæculari Potestate in Regno Neapolis promulgata, ne transmittantur pecuniæ ad Statum Ecclesiasticum, & ut sequestrentur fructus Ecclesiastici personarum absentium, cum facultate absolventi respicientes Archiepiscopo Neapol. concessa.

LXXXVIII.

Similis hæc est Constitutio præcedens pro Ducatu Mediolanensi. Et Const. ed. 1711. Jul. 28. P. 11. Declarantur nulla Edicta Magni Consilii in Polonia de suppositione fructuum Ecclesiasticorum pluribus oneribus.

C L E M E N S P A P A X I .

Dat. 5. Oct.
1709. An. 9.*Ad futuram rei memoriam.*

Alias cum ad Apostolatus nostri notitiam, non sine gravi animi nostri molestia, pervenisset, in Civitate Neapolitan. prodiisse a Sæculari potestate Edictum quoddam paulo ante nempe die 8. Jun. 1708. editum, quo sub gravibus poenis prohibebatur, ne quis cujuscumque status, gradus, ac conditionis esset, genus ullum pecuniarum in quavis quantitate, specie, vel moneta a Regno Neapolis ad Almam Urbem nostram, aliave loca Status nostri Ecclesiastici deferendarum per se, vel alios directè, vel indirectè ex quavis causa, seu prætextu, etiam privilegiato extrahere, seu extrahi facere auderet; Ac insuper sub iisdem poenis interdiceretur, ne ulla persona directè, vel indirectè pecunias prædictas, ad effectum illas sive per-

A Sæculari potestate Neapolitan. publicatum fuit Edictum 1708. quo vetabatur translatio, seu transmissio pecuniarum ad Statum Ecclesiast.

mandata,

Item literæ
quædam pro
sequestro
fructuum Ec-
clesiastico-
rum ablen-
tum a Regno
Neapolitan.

Necnon
aliud Edi-
ctum pro re-
velatione e-
molumentor-
um solvi fo-
lorum extra
Regnum de-
gentibus.

A Pontifi-
ce datis liti-
ris ad Ordina-
rios d. Re-
gni præd. Ec-
clesiæ, &
Literæ im-
probata fue-
re, necnon
ipsis manda-
tum, ut de
jure proced-
erent contra
executores.

Deinde aliis
literis præce-
ptum fuit
Præfuli Nea-
politani, ut
denunciaret
centuras ac
pœnas vio-
latoribus fa-
ctorum ju-
rium.

mandata, sive per literas Cambii, ut vocant ad Urbem, aliave loca Status Ecclesiastici hujusmodi transmittendi, recipere, seu solvi facere ex quacumque causa, seu prætextu, ut supra, etiam privilegiato similiter auderet, seu præsumeret, simulque Nobis innotuisset, vigore quarumdam Literarum ab eadem Saculari potestate datarum, quibus omnes, & singulos fructus, redditus, & proventus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum tam in Civitate, quam Regno Neapolis hujusmodi a personis extra idem Regnum degentibus cujuscumque Ordinis, ac qualitatibus essent, possessorum, sequestro committi, illisque penes Montem pietatis dictæ Civitatis deponi, itaut quidquam ex eis absque prædictæ Sacularis potestatis licentia distrahi minime potest, districte præcipiebatur: Aliud itidem Edictum in executionem literarum hujusmodi in prædicta Civitate Neapolis die 11. ejusdem Mensis Jun. promulgatum fuisse, quo omnibus, & singulis personis cujuscumque tandem status, gradus, & conditionis existerent sub gravibus pœnis mandabatur, ut intra certum inibi præfixum tempus, fructus, redditus, pensiones, præstationes, & alia quavis emolumenta, quæ ex quavis causa, seu titulo a personis Ecclesiasticis extra dictum Regnum degentibus, in eadem Civitate, ejusque districtu percipiebantur ad effectum supradictum denunciare tenerentur, & alias prout in literis, ac Edictis hujusmodi, quorum tenores non approbandi, sed omnino reprobandi animo præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, plenius continetur.

§. 1. Nos probe considerantes ex Edictis, & literis prædictis, maximum Pontificiæ non minus auctoritatis, quam dignitatis detrimentum, necnon manifestam Jurium Ecclesiasticorum subversionem sequi: primum quidem, hoc est statim ac præmissa nobis innotuerunt, Pastoralis muneris nostri partes quantocitius implere satagentes, per literas jussu nostro a dilecto filio nostro Fabricio S. R. Eccl. Presbytero Cardinale Paulino nuncupato Secretario nostro status, tam dilecto pariter filio nostro Francisco ejusdem S. R. E. etiam Presbytero Card. Pignatello nuncupato Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitan. ex concessione, & dispensatione Apostolica Præfuli, quam aliis Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis in dicto Regno Neapolis suas Ecclesiæ, vel Dioceses habentibus, conscripta Edicta, & alia præmissa tanquam Juribus, & rationibus Ecclesiæ manifeste adversantia improbavimus, ipsisque propterea Francisco Cardinali, & Præfuli, ac Archiepiscopis, & Episcopis supradictis commissimus, & mandavimus, ut confestim contra eos, qui illis exequendis quovis modo directe, vel indirecte se ingerere ausi fuissent, via juris procederent; Subinde vero per alias literas a dicto Fabricio Cardinali, ac Secretario Status, eidem Francisco Cardinali, & Præfuli jussu itidem nostro datas injunximus, ut non modo iis, qui Edicta, & alia præmissa ediderant, seu subscriperant, sed etiam aliis omnibus, qui pro illorum editione, promulgatione, seu forsitan etiam executione auxiliium, consilium, favorem, aut operam quovis modo præstitissent, quocumque tandem gradu, seu dignitate præfulgerent, centuras, & pœnas Ecclesiasticas a Sacris Canonibus, Generalium Conciliorum Decretis, & Apostolicis Constitutionibus, ac præsertim Literis die Cœnæ Domini singulis annis legi, & promulgari solitis, ac eo ipso anno lectis, & promulgatis inflictas, quibus ipsi inretiti reperiebantur, Pastoralis peccatore aperte ediceret, illosque præterea se a censuris, & pœnis hujusmodi non nisi post debitam, & condignam Ecclesiæ præstitam satisfactionem a nobis, seu Romano Pontifice pro

tempore existente absolvi, & liberari posse paternam charitatem admoneret. Præterea id ipsum per tunc existentem Nostrium, & Apostolicæ Sedis in dicto Regno Neapolis Nuncium ei potissimum, qui Regnum prædictum cum potestate Proregis tunc gubernabat, & ejus auctoritate, & nomine eadem præmissa gesta fuerant, nostro nomine edici, & denunciari curavimus. Interea tamen cum ad aures nostras pervenisset, prædictis monitionibus nostris penitus contemptis executionem edicti signanter, seu Mandati illius, quo Beneficiorum Ecclesiasticorum fructus, eorum Possessoribus extra dictum Regnum, ut præfertur, degentibus nulliter, æque, ac perperam interciperentur, variis œconomis in Regno prædicto ab eadem Saculari potestate deputatis, seu forsitan aliis personis commissam fuisse. Nos per alias literas a prædicto Fabricio Cardinali, & Secretario Status tam Francisco Cardinali, & Præfuli, quam Archiepiscopis, & Episcopis supradictis die 6. Jul. ejusdem anni 1708. scriptas districte præcepimus, & mandavimus, ut adversus quoscumque in d. executione culpabiles, ac potissimum adversus Œconomos, seu alias personas hujusmodi ad legitimam censuram a Tridentina Synodo Sess. 22. de Reform. Cap. 11. ac ab Apostolicis in die Cœnæ Domini promulgari consuetis literis supradictis præsertim Canone 17. contra talia perpetrantes latarum, atque inflictarum declarationum absque ulla cunctatione deventirent.

§. 2. Ad hæc cum accepissemus, per quasdam Sacularis Magistratus dicti Regni Collateralis nuncupati literas ad eosdem Archiepiscopos, & Episcopos datas, non sine gravi comminatione vetitum illis fuisse, ne ad censurarum declarationem hujusmodi a nobis, sicut præmittitur, demandatam adversus eos, qui exequendo prædicto Edicto, seu Mandato se ingessissent ullatenus procederent. Nos tam apertam, & inveterandam Sanctissimarum legum violationem dissimulare minime volentes, dilecto filio nostro Vincentio ejusdem S. R. E. Diacono Cardinali Grimano nuncupato dicti Regni Proregi, cujus nomine literæ hujusmodi subscriptæ prodierant per nostras in simili forma Brevis die prima Septembris ejusdem anni 1708. expeditas literas, sub certis inibi expressis pœnis injunximus, ut omnino abstineret tam a procurando quomodolibet, sive per se, sive per alios prædicti Edicti, seu mandati, quod suapte natura nullius prorsus roboris, & efficaciam esse pronuntiavimus executione: tum ab impediendo directe, vel indirecte eosdem Archiepiscopos, & Episcopos, quominus contra quos propter hujusmodi Edictum procedendum esse cognovissent, Pastoralis sui muneris partes libenter exequerentur, quemadmodum expresse illis, & iterato mandaveramus; Justum interim, ac misericordem Dominum humiliter benedicentes, quod plurimos ex Archiepiscopis, & Episcopis supradictis superno Christianæ fortitudinis spiritu adeo roborasset, ut propositas sibi minas nullatenus pertimescentes, Sacrificium Justitiæ pro officii sui debito sacrificare parati essent; Eumque insuper assiduo exorantes, ut tam nobis, quam illis Cælesti sua ope clementer adesset: errantibus vero, ut in viam possent redire Justitiæ, veritatis suæ lumen ostendere non dedignaretur.

§. 3. Cum autem, sicut Nobis nuper innotuit, ab eadem Saculari potestate, cujus nomine præmissa contra Jura, & rationes Ecclesiasticæ Ordinis, ut præfertur, gesta fuerant, talia tandem pro illorum, atque inde securorum quorumcumque revocatione, rescissione, ac retractatione mandata prodierint, ut merito sperare possimus, unde nobis aborta fuit iusta, ac diuturna amaritudinis causa, brevi dandam

Item a Nun-
cio denun-
ciatum fuit
etiam Prore-
gi Neapolis.

Attamen
commissa
fuit executio
sequestri fru-
ctuum Eccl-
siæ.

Novis Apo-
stolicis liti-
ris injuncta
fuit Ordina-
riis publica-
tio centura-
rum contra
executores.

Sed a Col-
laterali liti-
ris interdicta
fuit d. publi-
cacio.

Hinc quo-
dam Brevis
injunctum
fuit Proregi,
ne Edicti
executionem
procuraret,
nec impedi-
ret Ordina-
riorum mu-
nus.

A seculari
potestate e-
dita fuerunt
tandem man-
data polli-
centia a quo-
rum revoca-
tionem.

Interim
à Pontifice
fit satis suo
moneri.

Declaratio
nullitatis
prædictorum
omnium,
cum eorundem
revocatione,
& firmitate
cenfurarum,
& poenarum.

Facultas Præ-
suli Neapolitan.
facta a
poenis, cen-
suris, & irre-
gularitate
absque con-
temptu Clavi-
um contra-
cta in utro-
que foro ab-
solvendi,
poenitentes,
satisfacien-
tes, & polli-
ciantes in
futurum
quid si mile
non patran-
di.

esse amplam materiam gratias agendi misericordiarum Patri, quod antiqui hostis conatus deteriora consilia mentibus hominum insinuantis irritas fecerit, inclytumque illud nomen, in quo Sancta Dei Ecclesia tutelam, atque salutem, necnon validum inter pericula præsidium toties est nata, a veteri sua, ac præclara laude desectere non permisit. Hinc est, quod Nos, qui Jurium Ecclesiasticorum assertores in Terris a Domino constituti sumus, simulque omnium Christianissimum curam, & sollicitudinem gerimus, Ecclesie indemnitati, ultra ei præjudicialium prædictorum revocationem, ac retractationem, eadem auctoritate, qua illa peccata fuerant, sicut præmittitur, faciendam, Apostolici etiam Judicii nostri accessione efficacius, ac uberius, consulere, ac alias animarum saluti quantum nobis ex alto conceditur prospicere cupientes, necnon omnium, & singulorum, quæ in præmissis, seu illorum occasione quovis modo acta, & gesta fuerunt, seriem, causas, & circumstantias, etiam aggravantes, aliave quæcumque etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirentia, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & exacte specificatis habentes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, Edicta, seu Mandata supradicta aliaque præmissa cum omnibus, & singulis in eis, eorumque quolibet contentis, ac inde secutis, & quodcumque secuturis, ipso Jure nulla, irrita, invalida, inania, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacua ab ipso initio fuisse, & esse, ac perpetuo fore, neminemque ad cuiuslibet eorum observantiam teneri, imo nec a quopiam observari potuisse, vel debuisse, neque ullum statum facere, vel fecisse, sed perinde ac si nunquam emanassent, vel facta non fuissent pro non extantibus, & non factis perpetuo haberi debere tenore præsentium declaramus. Et nihilominus ad abundantiorum cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, firmis tamen remanentibus censuris, & poenis Ecclesiasticis quibuscumque, quas ii omnes, qui præmissa perpetrarunt, sive alias in illis, ut præfertur, culpabiles fuerunt, propter eadem præmissa incurrerunt, a quibus non nisi a nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente, post debitam, & condignam Ecclesie prælitam satisfactionem (præterquam in mortis articulo, & tunc cum reincidentia in eadem censuras eo ipso, quo convaluerint) absolvi, & liberari valeant. Quoniam vero Sedes Apostolica pia Mater recurrentibus ad eam post excessum cum humilitate filiis se propitiam exhibere solet, & benignam: Idcirco omnes, & singulos prædictos, seu illos ex eis, qui veræ poenitentia signa ostenderit, paterna nostra clementia prosequi volentes, eidem Francisco Cardinali, & Præsuli per præsentem committimus, & mandamus, ut si & postquam sibi confiterit Edicta, seu Mandata prædicta, aliaque præmissa cum omnibus inde secutis congrue revocata fuisse, ac alias desuper debita, ac condignæ satisfactioni Ecclesie opportune consultum fuisse, omnes, & singulos, sive Laicos, sive Clericos tam Sæculares, quam Regulares ad ipsum recurrentes cuiuscumque status, ordinis, gradus, dignitatis, & conditionis existant, qui præmissa peragerunt, seu alias in illis quovis modo culpabiles fuerunt, si hoc ab eo humiliter petierint, & facta prius per eos promissione, quod in futurum a similibus abstinere, & quidquid eis præscriptum, & injunctum fuerit, priusquam infra scriptæ absolu-

tionis beneficium obtineant, observabunt, & adimplebunt, a censuris, & poenis Ecclesiasticis quibuscumque, quas propter eadem præmissa quovis modo incurrerunt, seu incurrisse dici, censerent, vel præteriti possent, injuncta cuique pro modo culpæ poenitentia salvari, & aliis, quæ de Jure fuerint injungenda similiter injunctis, in utroque foro auctoritate nostra Apostolica in forma Ecclesie consueta absolvat, & totaliter liberet, dictasque poenas eis, & eorum cuiuslibet gratiose remittat, & condonet; Ac cum illis, qui Clerici, seu etiam Presbyteri fuerint super irregularitate per eos, qui a censuris hujusmodi propter eadem præmissa innodati, Missas, & alia Divina Officia (non tamen in contemptum Clavium) celebrarunt, seu alias in suis Ordinibus ministrarunt, quomodolibet contracta, ad quemcumque effectum in utroque pariter foro dispensat, ipsosque, & eorum quemlibet ad famam, gradus, dignitates, necnon Beneficia, & officia Ecclesiastica quæcumque, ceteroqui tamen canonice per eos obventa, ac alias in pristinum, & eum in quo antea quomodolibet erant statum adversus eadem præmissa rehabilitet, restituat, reponat, ac plenarie reintegret. Nos enim quæcumque necessariam, & opportunam ad præmissa facultatem, quam etiam aliis, prout sibi opportunum videbitur communicare, & subdelegare valeat, eidem Francisco Cardinali, & Præsuli harum serie auctoritate prædicta tribuimus, & imperimus.

§. 4. Decernentes easdem præsentis literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam specifica, & individua mentione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocari, citari, & audiri, neque causæ propter quas eadem præsentis emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, aut ullo modo justificatæ fuerint, aut ex alia quæcumque causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium, vel habere prætendentium consensus, aliove quocumque etiam quantumlibet magno, aut incogitato, inexcogitabilique defectu, aut ex alio quovis capite a Jure, vel facto, aut Statuto, consuetudine, vel privilegio resultante notari, impugnari, invalidari, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci ulatenus posse, sed ipsas præsentis literas, & quæcumque in earum executionem ab ipso Francisco Cardinale, & Præsule faciendæ semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suofque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter, & inconcusse observari: Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & dictæ Sedis Apostolicæ Nuncios, aliove quolibet quæcumque præminentia, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Apostolicis, & in Universalibus, provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus,

& qua-

Clausula.

& quatenus opus sit, nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, legibus quoque, etiam Imperialibus, & municipalibus, necnon quibusvis, etiam jramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indulgiis, & literis Apostolicis quibuscumque Personis, etiam quantumvis sublimibus, & specialissima mentione dignis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, editis, factis, & pluries iteratis, & quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die V. Octob. MDCCIX. Pontificatus nostri Anno Nono.

LXXXIX.

Conceditur Presbyteris Congregationis Piorum Operariorum ab eorum locorum Ordinariis approbatis facultas ubique audiendi Sociorum ejusdem Congregationis in itinere Confessiones.

Const. ed. 1707. Maji 10. P. 7. concessa fuit facultas celebrandi Missas una hora ante auroram, & post meridiem. Et Const. ed. 1712. Jan. 2. P. 12. conceduntur Ecclesia, & Collegium S. M. Montium de Urbe.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dat. 9. Jan. 1710. An. 10.

Exordium.

Pastoralis Officii humilitati nostrae divinitus impositi sollicitudo Nos admonet, ut paternam Congregationum Virorum in Ecclesia Dei uberes bonorum operum fructus aspirante superni favoris auxilio proferri jugiter satagentium curam peculiari studio gerentes, illas quo laudabilia earum Instituta cum majori spirituali consolatione, uberiorique animarum fructu prosequi valeant, opportunis favoribus, & gratiis decoremus.

Preces Procuratoris Gen.

§. 1. Cum autem, sicut dilectus filius Modernus Procurator Generalis Congregationis Piorum Operariorum Nobis nuper exponi fecit ipse quibuscumque dictae Congregationis Presbyteris ad Confessiones audiendas in Dioecibus ubi residere soliti sunt, approbatis, sacramentales

quorumvis aliorum ejusdem Congregationis Confessiones extra Dioeceses hujusmodi audiendi facultatem a Nobis concedi, & opportune in praemissis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri plurimum desideret: Nos ipsius Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, quibuscumque Congregationis praedictae Presbyteris, qui tamen in Dioecibus, ubi residere soliti sint, seu unde discesserint ad Confessiones audiendas approbati reperiantur, ut sacramentalis quorumvis aliorum ejusdem Congregationis una cum ipsis iter pro tempore agentium Confessiones, tamen in illis Dioecibus in quibus iter agendo reperiantur, approbati non fuerint, audire, illosque a peccatis suis (penitentia salutari & aliis, quae fuerint injungenda, eis injunctis) absolvere libere, licite, & valide possint, auctoritate Apostolica, tenore praesentium concedimus, & indulgemus; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Casuarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut ipsarum praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici vel Secretarii dictae Congregationis Piorum Operariorum subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae, seu illius Superioris Generalis munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die IX. Jan. MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

Damnatur, & prohibentur denuo quatuor libelli Episcopi S. Pontii.

Constit. ed. 1708. Jul. 13. P. 8. damnatus fuit liber: Le Nouveau Testament &c. Et Constitutione sequenti damnatur liber: Traité de la Regale &c.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM alias in lucem prodierint libelli quidem Gallico idiomate impressi sub titulis

Concessio praedd. facultatis.

Clausula.

XC.

Dat. 10. Jan. 1710. An. 10.

Referuntur libellorum tituli.

infrascript-